

nonnullorum vobis expectabat intentio. Jam pro-  
 pterea studio prout verus Deus et Dominus ad-  
 velle dignatus est, satisfecimus, refutando contradictiones  
 impiorum qui conditione sancte Civitatis, de qua dispu-  
 tant, instigant, quos suos praesertim. Quorum decem  
 illorum quibus superiores adretus eos, conscripti sunt,  
 qui propter bona vixit, huius deos colendos putant; quin-  
 que autem posteriores adretus eos qui cultum deorum  
 properebant, quos post mortem futura est, servandum  
 existimant. Deinceps itaque, ut in primo libro posui-  
 mus, de divinis Civitatum, quos in hoc saeculo per-  
 ploras divinis vivitque permixtas, exortu et processu  
 et de his scribis, quod dicendum arbitror, quantum de-  
 vero magna aequa est.

Dei voluntate, futura mutabunt. Christus quippe in  
 corde venturus, et qui in illo non clara perfecta sunt  
 et in illis hominum, et in illis hominum, et in illis  
 de Deo, et in illis hominum, et in illis hominum, et in illis  
 in veram divinitatem multitudine credentium, cultum si-  
 mulherorum detrahitque subverso et a tentationibus  
 exercitatio, profectio, quies et liberatio ab omni  
 malo, iudicii dies, resurrectio mortuorum, societatis in-  
 finitum, aeternum dominum, regnumque aeternum gloriosum  
 Civitatis Dei conspectu eos immortaliter perficientis  
 in huius vix Scripturis praedicta atque promissa sunt;  
 quoniam tam multa impleri conspicimus, ut recta pietate  
 futura esse noscitur. Huius vix rectitudinem  
 usque ad Deum videndum, cuius in aeternum coheren-  
 dum, in sanctissimo Scripturarum, qua praedicatur atque  
 assentit, veritate, quaeque non credunt, et ob hoc non  
 intelligunt, oppugnare possunt, sed expugnare non possunt.

~~~~~

ANNOTATIO (3) pag. 25.

Ut Diogenes Cynicus, Anaxagoras, Theodoros Cye-  
 nensis, et alii.

14. et epist. 92. Cicer. in prima Tusc. etc.

ANNOTATIO (4) pag. 30.

### ANNOTATIONES.

Scripsi libri omnes prope hoc opus. Et loco unum-  
 bilis, habent inambibis. Quidem etiam trisidus pro-  
 trisidus, hoc videtur, pro videtur. Nec pariter ibi discre-  
 pantia reperitur sunt in Virgilianis veteribus libris.

ANNOTATIO (1) pag. 6.

Augustinum praeterierunt nonnulla huius rei litteris  
 graecis et latinis consignata exempla. Nam refert Arianus  
 lib. II. de rebus gestis Alexandri, capta Tyro, iis qui in  
 templum Herculis confugerant, Alexandrum perpercisse.  
 De Agesilao etiam Xenophon in Agesilao et lib. IV de rebus  
 Graecorum, Pausanias lib. III. in Laconica, Plutarchus et  
 Aemilius Probus in Agesilao, narrant ipsum, Atheniensi-  
 bus et Bœotiis eorumque sociis devictis, noluisse eos lædi  
 qui in Minervæ templum se receperant.

ANNOTATIO (2) pag. 10.

Quia verba nunc laudata ab Augustino Caesaris sunt apud  
 Sallustium, non Catonis, ideo in Amerbachiana editione,  
 quam hic secuti sunt Lovanienses, interpretibus huius  
 operis Valoisio et Trivetho emendare visum est *Caesar* :  
 tametsi libri, ut ipsi observant, communiter haberent *Cato*.  
 Quid si in eos Augustinus, quod eruditus nonnunquam con-  
 tingit, memoria lapsus est, aut Sallustio usus vario sive  
 mendoso?



## ANNOTATIO (3) pag. 25.

Ut Diogenes Cynicus, Anaxagoras, Theodorus Cyrenæus, et alii. Vide Senec. lib. de Tranquillitate animi c. 14. et epist. 92. Cicer. in prima Tusc. etc.

## ANNOTATIO (4) pag. 36.

Scripti libri omnes prope *Fas obstat*. Et loco *innabilis*, habent *inamabilis*. Quidem etiam *tristisque* pro *tristique*; et *undæ*, pro *unda*. Nec pauciores ibi discrepantiæ repertæ sunt in Virgilianis veteribus libris.

## ANNOTATIO (5) pag. 45.

Hoc martyrii genere celebritatem olim obtinere in Ecclesia, laudatæ ab Ambrosio lib. III. de Virginibus, et epist. 7. ad Simplic. Pelagia ejusque sorores et mater: non aliæ forsitan, ut Baronius ad an. 303. suspicatur, ab iis de quibus Euseb. lib. VIII. hist. eccl. cap. 24.

## ANNOTATIO (6) pag. 54.

Locus theatri sic est appellatus, quod subselliis ad spectatorum consessum apte instructus caveæ formam quamdam referret. *Caveæ consessum* legere est in Æneid. v. et VIII. Itemque *caveæ* nomen sensu eodem usurpat Cicer. de Amic. et de Senect. Seneca de Tranquil. animi c. 11 Tertul. de Spectac. c. 30. Chrys. hom. de Kal. Cassiod. lib. 4. Var. ep. 52. Denique August. lib. 1. de Consensu Evang. c. 33. *Cadunt, inquit, theatra, caveæ turpitudinum et publicæ professiones flagitiorum.*

## ANNOTATIO (7) pag. 57.

*Confessos*, non declaratione ultima, cum apertæ erunt conscientiæ in futura vita, ut Ludovicus Vives interpretatur; sed professione christianæ fidei, quæ ab iis in vita præsentis fieri debet ut ad Christi familiam admittantur.

## ANNOTATIO (8) pag. 64.

*Coelesti huic virgini* præcipuus in Africa cultus tribuebatur, teste Tertulliano in Apologetico c. 24. De illa idem ipse in ejusdem libri, capite 23, et multis locis Augustinus, ut Enarrat. in Psalm. LXII. num. 7. et in Psalm. XCVIII. num. 14. et Ser. 105. cap. 9. Hanc Ludovicus Vives, nulla coactus auctoritate aut ratione, confundit hic loci cum deum matre Berecynthia; Augustinus contra manifeste distinguit, interposita copulante particula, subjiciens, et *Berecynthiæ matri omnium*, id est, *deorum et dearum*: quod supplendum relinquebatur in MSS. Nam in editis additum est, *deorum*.

Pridie idus Apr. mater deum magna pompa a suis sacerdotibus ad Almonem fluvium, qui non procul ab Urbe in Tiberim influit, producebatur, ibique ad confluentem duorum amnium abluebatur vetere instituto. Nam quo primum die ex Asia illuc est advecta, a sacerdote lota est, isque mos postea sacer fuit et singulis annis repetitus. De quo more Lucanus in I. Ovidius in IV. Fast. Prudentius in martyrio Romani.

## ANNOTATIO (9) pag. 67.

*Fugalia*, festa fuerunt Romæ in memoriam expulso-



rum regum et liberatæ reipublicæ instituta, quæ mense Februario celebrabantur post exacta Terminalia.

ANNOTATIO (10) pag. 70.

Non extant hi Ciceronis libri, quorum fragmenta quædam, præter Augustinum, referunt Seneca, Nonius, Agellius, Lactantius, etc.

ANNOTATIO (11) pag. 74.

Labeones extitere tres, juris civilis scientia clari: sed unus omnium doctissimus Antistius Labeo, qui cum Cæsare Augusto vixit, non juris modo, sed totius antiquitatis peritissimus, de quo hic Augustinus. De eodem Suetonius in Augusto c. 54. Agellius lib. i. c. 12, et lib. xiii. c. 10 et 12.

ANNOTATIO (12) pag. 75.

Curia, locus in quo senatus habebatur, pro senatoribus ponitur; Capitolium, quod templum Jovis erat, pro ipsis diis.

ANNOTATIO (13) pag. 76.

*Tribu moveri*, quæ pœna erat hominum plebei seu tertii ordinis, idem fuisse atque ex una tribu nobiliore transferri in ignobiliorem, intelligitur ex Livio lib. xlv. Confer Tertull. de Spectac. c. 22.

ANNOTATIO (14) pag. 82.

Circenses ludos Neptuno equestri primus Romæ celebravit Romulus, ut fœminas, quas a vicinis populis non poterat ad conjugium impetrare, potissimum Sabinas virgines spectaculi causa evocatas raperet. Dicti sunt a priscis Consualia, ex nomine, ut ferunt, Considei, Neptuni scilicet equestris, a quo opem Romulus consiliumque in conjugiorum difficultate quæsierat. De his Livius lib. i.

ANNOTATIO (15) pag. 90.

Tiberium Gracchum intelligit, a Scipione Nasica, ejus, qui optimus vir a senatu judicatus erat, nepote, quod Agrariam legem tulisset, et tribunatum sibi continuari vellet, occisum: Scipione Africano minore, de quo hic loquitur, bello interim a Numantium gerente.

ANNOTATIO (16) pag. 94.

Carbones, ut Cicero lib. ix. epist. ad Pætum 21 scribit, multi fuerunt ex Papyria gente. Hic de quo Augustinus, Cneus Papyrius Carbo Marianas partes secutus, et a Sylla victus, fugit in Siciliam, ibique Lilybæi a Pompeio interfectus est.

ANNOTATIO (17) pag. 97.

Fuit ille Quintus Metellus Numidicus L. Metellus pontificis nepos, de quo Plinius lib. vii, cap. 45 et 48. Valerius lib. vii, cap. 1. Filios quatuor tantum habuisse observant Vives et Coquæus. Hic tamen libri omnes, quos inspicere licuit, quinque filios consulares ferunt.



ANNOTATIO (18) pag. 111.

Hoc ipsum Augustinus in epist. ad Deogratias 102, n. 15. docet. *Salus*, inquit, *religionis hujus*. . . *nulli nunquam fuit, qui dignus fuit, etc.*

ANNOTATIO (19) pag. 127.

Tatium non Romulus, sed Laurentes interfecerunt: eam rem vero minus ægre quam dignum erat tulisse Romulum ferunt. Liv. lib. I.

ANNOTATIO (20) pag. 187.

Quis Pomponius sit ignoratur, an Atticus, an L. Pomp. Attelanarum scriptor, an Cn. Pomp. orator, qui omnes vixerunt cum Cicerone: an qui post Ciceronem fuere Pomp. Mela, an Julius Pomp. Tragicus, cujus Quintilianus meminit, an Juris-consultus.

ANNOTATIO (21) pag. 210.

Plutarchus in historia Numæ scribit ab ipso vetitum Romanis, ne existimarent imaginem Dei, aut hominis speciem aut animalis habere formam; atque in prioribus 170 annis templa quidem erecta, simulacra vero corporum ab ipsis nulla dedicata. Confer. Plin. lib. xxxii, cap. 4.

ANNOTATIO (22) pag. 225, lin. 11.

Fieri tamen posse ut superfectet mulier, et factum esse

nonnunquam ut concepto uno foetu alterum conceperit, docet Aristoteles, lib. vii, de histor. animalium, Plinius lib. vii, cap. 11, et Hippocrates, lib. de superfectione.

ANNOTATIO (23) pag. 255.

Erratum est in prænomine: dicebatur enim, non L. sed P. Valerius Publicola. Et non in suo quarto consulatu obiit, sed anno post, Virginio et Cassio Coss. sexto anno post expulsos reges. Livius lib. ii, Dionysius v.

ANNOTATIO (24) pag. 263.

Augustino consentit Orosius. At polybius lib. i, per viginti et quatuor annos peractum scribit: quia videlicet annos ipse ab occasione movendi belli numerat, alii vero ab ejus susceptione.

ANNOTATIO (25) pag. 265.

Plus quam ducenta millia Gothorum fuisse ferunt Paulus Æmilius lib. i hist. Francorum, Orosius lib. vii, cap. 37 et alii. Hac Radagaisi clades sub Honorio contigit, anno Christi 406. Vide Augustini, Sermonem 105, cap. 10.

ANNOTATIO (26) pag. 274.

Alludit ad illud Virgilii Eclog. iii. *Sed faciles Nymphæ risere*. Tametsi eo loci *faciles* dictæ intelligantur, non ad ridendum, sed ad exaudiendum.



ANNOTATIO (27) pag. 278.

Apud Ciceronem : *Tu bellicam disciplinam.*

ANNOTATIO (28) pag. 280.

Duum viri sacrorum a Tarquinio Superbo instituti fuerant, ut scribit Dionysius lib. iv. qui sacris libris legendis carminibusque Sybillæ et fati romani populi interpretandis præsent. Cum plebs deinde ex suis creari instaret, aucto numero, facti sunt decem. His demum additi quinque, qui numerus postea mansit.

ANNOTATIO (29) pag. 307.

Hunc Liberum Cicero ii, de Natura deorum, docet alium esse a Libero Baccho Jovis et Semelis filio.

ANNOTATIO (30) pag. 319.

*Iovis et Jupiter* perinde in recto dicebatur : sed usus demum obtinuit, et in obliquo *Iovis*, in recto *Jupiter*, tantum diceretur.

ANNOTATIO (31) pag. 363.

Diogenes ille, non Cynicus, sed Apolloniates, de quo Cicero ii in Natura deorum.

ANNOTATIO (32) pag. 379.

Libro scilicet de Doctrina christiana secundo, cap. 28. Vide *Retract.* ii, 4.

ANNOTATIO (33) pag. 379.

Platonem ex sacris Hæbreorum Libris hausisse et transcripsisse quam plura, affirmant Justinus martyr in orat. parænet. ad gentes, Origenes contra Celsum lib. vi. Clemens Alexand. lib. i. Stromatum, et orat. exhortat. ad gentes, Eusebius lib. xi. de præparatione Evangel. Ambrosius fer. 18. in Psalm. cxviii. At contra Lactantius lib. iv de vera Sapientia cap. 2, ipsum dicit indagandæ veritatis amore peregrinantem ad Judæos non accessisse.

ANNOTATIO (34) pag. 376.

Corpora dæmonibus concedit Origenes lib. ii. Periarch. cap. 8. Tertullianus lib. de Carne Christi, alique veterum plures : nec denegat hic Augustinus, qui eosdem animalia aëria et ætheria vocat lib. i. contra Academ. n. 20. epist. 9 n. 3 et lib. 3. de Genesi ad litt. cap. 10. *Quoniam* uti postremo isto loco dicit, *corporum aëriorum naturæ vigent.*

ANNOTATIO (35) pag. 399.

Quæ huc affert Augustinus, sunt ex dialogo Hermetis Asclepio, qui ab Apuleio Madaurensi in latinum conversus prænotatur : sed Apuleii latinitas ibi desideratur ab eruditis.

ANNOTATIO (36) pag. 393 lin. 14.

De Magia postulatus fuit Apuleius apud Claudium Africæ præfectum minime Christianum.



ANNOTATIO (37) pag. 467.

Goëtia genus magiæ est quæ fit per excitationem mortuorum, sic dicta a planctu circa sepulcra. Theurgia vero, quasi divina operatio, appellatur ea qua dii seu dæmones certis sacrificiis et cæremoniis paganorum opinione bonis invocantur.

ANNOTATIO (38) ibid.

Persimilem in lib. XII de Genesi ad litt. cap. 24 reperies distinctionem, scilicet visionis intellectualis, spiritualis et corporalis.

ANNOTATIO (39) ibid.

*Taletas* vocabant expiationes et sacrificia quædam perfecta quibus nihil deesset.

ANNOTATIO (40) pag. 502.

*Vel legum periculis*; quia leges civiles poenas magicæ arti constituerunt: *vel ipsius actionis*; nam periculosa res est, nisi rite exerceatur. Irritantur enim dæmones et magna inferunt mala imperite excantanti, quod multis exemplis ostenderunt: quippe amant perfectam impietatem, a qua difficilis sit ad pietatem recursus, ideo terroribus ad eam homines impellunt.

## CONCORDANTIA

### BIBLIOTHECÆ GALLICÆ CUM LATINA.

| BIBLIOTHECA LATINA.    |         | BIBLIOTHECA GALLICA.         |               |
|------------------------|---------|------------------------------|---------------|
| De Civit. Dei, lib. I, | pag. 3. | Ejusdem fragmenta, tom. XXI, | pag. 183-203. |
| — lib. II,             | 60.     | Ibid.                        | 203-213.      |
| — lib. III,            | 110.    | Ibid.                        | 213-218.      |
| — lib. IV,             | 164.    | Ibid.                        | 218-223.      |
| — lib. V,              | 215.    | Ibid.                        | 223-235.      |
| — lib. VI,             | 272.    | Ibid.                        | 235-236.      |
| — lib. VII,            | 305.    | Ibid.                        | 236-239.      |
| — lib. VIII,           | 360.    | Ibid.                        | 239-242.      |
| — lib. IX,             | 414.    | Ibid.                        | 242-246.      |
| — lib. X,              | 451.    | Ibid.                        | 246-251.      |